



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Maximiliani Sandaei E Societate Iesv Doctoris  
Theologi Architectura Christiana**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae Agrippinae, 1653**

14. Ex Pennis, Plumisque, ut Pygmæi Parietem-Spei erigunt  
Præsumptuosi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46065](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46065)

exire opus, quod si in se censeatur, non mereatur justam opprobrij mercedem. Putat igitur omnia justorum opera, si secundum naturam suam spectentur, damnationis mercedem mereri: nā mox subdit: *Duobus his fortiter insistendum: nullum unquam extitisse pii hominis opus, quod si severo Dei iudicio examinaretur, non esset damnabile. Adhuc, si tale aliquod detur (quod possibile homini non est) peccatis tamen, quibus hominem laborare certum est, vitiatum ac inquinatum gratiam perdere.* Quocirca alibi reprehendens Petrum Lombardum, quem Magistrum sententiarum vocant, quod scripserit, Spem gigni in nobis ex Gratia DEI & meritis præcedentibus: *Quis, inquit, non merito tales bestias excretur?* At quam sit vera Catholicorum de bonis operibus, quam falsus sectariorum de iisdem error propriis locis demonstramus.

(a) Lib. 3. Inst. cap. 2. §. ult.

## ARTICVLVS XIV.

## EX PENNIS CEV PYGMÆI

*Parietem Spei erigunt Presumptuosi.*

DE Pygmæis mira refert Plinius (a) inter cetera, Spithamæos esse, ternas spythamas longitudine, hoc est, ternos dodrantes haud excedentes, salubri cœlo, semperque vernante in montibus ad Aquilonem oppositis degere. Eos à gruibus infestari Homerus quoque prodidit. Fama est, insidetes arietum caprarumque dorsis, armatos sagittis, veris tempore, agmine composito ad mare descendere & ova pullosque alitum mari-

Quarta Pars.

K k

tima-

(a) Plin. lib. 7. cap. 2. (b) Iuuenal. Saty. 13. Quorum tota cohors pede  
est altior uno.

rimarum consumere. Ad Architecturam quod spectat, casas sibi ex luto, pennisque, & ovorum putaminibus construere. Pygmæos imitantur, quibus pennæ seu plumæ sunt materia, è quâ Parietem suum erigunt. Superbiæ vanitatisque meræ illa sunt symbola. Itaque pennæ ædificant, qui in operibus superbis gloriantur, ac proinde de se de præclarè gestis jactant, & fiduciam omnem suam in externis quibusdam virtutum officiis, ac typis arrogantiaque vitiat. Dicunt fastu Pharisaico: Nos sumus sicut ceteri hominum: jejuno bis in sabbato: decimas do omnium quæ possideo.

*Ille ego qui quondam.* ----

## ARTICULUS XV.

EX OVORVM PUTAMINIBVS

*Spei-Parietem exstruunt  
Hypocrita, Simulatores, Dolosi.*

**N**ONNULLI cum Pygmæis simili utuntur materia illi nimirum, qui externa quadam pietatis specie fallunt oculos; qui faciunt foris multa, quæ videntur bona, sed intus medullam non habent; cortice pulchro sunt, sed cassâ nucleo. Opera exteriora sunt veluti cortex circa fructus, putamen in ovis, quæ, si intus sit tellus, aut luteum, ut nucleus, alicujus sunt precii; at, defunt ista, sunt mera purgamêta, quisquiliæ, peripsentia. Haud secus, orare linguâ, jejuna stomacho, peregrinari pedibus, corpus macerationibus affligere, inviter

hospi-